

tius gradus superest monogamiæ, cū post matrimoniuū unū interceptū, ex
 inde sexui renūciatur. Prima felicitas, prima uirginitas est, non nosse à quo
 postea optabis liberari, in totum. Secundæ uirginitatis est, contemnere uim
 quam optime noris. Reliqua species hactenus nubendi, post matrimoniuū
 morte disiunctū, præter uirtutes etiā modestiæ laus est. Modestiæ em̄ laus
 est ablatū non desiderare, & ablatū à deo domino, sine cuius uoluntate nec
 folium de arbore labitur, nec passer assis unius ad terrā cadit. quām deniq;,
 modesta illa uox est, Deus dedit, dominus abstulit: ut domino uisum est,
 ita factū est. Ideo si nuptias ablatas restauremus, sine dubio cōtra uolūta-
 tem dei nitimus, uolentes habere rursus quod habere nos noluit. si em̄ uo-
 lūset, nō abstulisset: nisi & in hoc uoluntatem dei interpretamur, quasi rur-
 sus uellet in nos, quod iā noluit deus. Nō est bonæ & solidæ fidei, sic omnia
 ad uoluntatē dei referre. Et ita adulari unumquemq; dicendo, nihil fieri si
 ne iussione eius: ut nō intelligamus aliquid esse in nobis ipsis. Cæterū excū-
 fabitur ^{me} delictū si continuerimus, nihil fieri à nobis sine dei uolunta-
 te, & ibi definito istam destructionē totius disciplinæ etiam ipsius dei, si &
 quæ nō uult de sua uoluntate producit, aut nihil est quod deus nō uult. sed
 quomodo uetat quædam, quibus etiam suppiciū æternū cōminatur, utiq;
 etiam quæ uetat nō uult, à quibus & offenditur: sicuti & quæ uult, præcipit,
 & accipit, & æternitatis mercede dispungit. Itaq; cum utrumq; ex præceptis
 eius didicerimus, quid uelit, & quid nolit, iam nobis est uoluntas eligēdi al-
 terum, sicut scriptum est: Ecce posui ante te bonum & malum: gustasti enim
 de arbore agnitionis: & ideo nō debemus quod nostri expositum est arbi-
 trio, in deum referre uoluntate, nos quos uult ipse & uelle est, qui malū non
 uult: ita nostra est uoluntas, cum malū uolumus aduersus dei uoluntatem,
 qui bonū uult. Porrò si quæris, unde ueniat ista uoluntas, qua quid uolu-
 mas aduersus dei uolūtatem. Vt dicā, ex nobis ipsis, nec temere semini tuo
 respondeas necesse est. Siquidem ille princeps generis & delicti Adam uo-
 luit quod deliquit: neq; enim diabolus uoluntatem eius imposuit delinquē-
 di, sed materiam uoluntatis subministravit. Cæterum uolūtas dei in obau-
 dientiam uenerat. Proinde & tu si nō obaudieris deo, qui te proposito præ-
 cepto liberae potestatis instituit, per uoluntatis libertatem uolens te uergi-
 finit quod deus noluit: ita deputat diabolo subuersum, qui & si uult te uelle
 quod deus nō uult, nō tamen facit ut & uelis: quia nec tunc inuitos proto-
 plastos ad uoluntatem delicti subegit, imò neq; inuitos neque ignorantes
 quid deus nollet, utiq; enim nolebat fieri, cui admissō mortem destinabat:
 ita diaboli opus unū est téperare quod in te est an uelis. At ubi uoluisti se-
 quitur ut te sibi subigat, nō operatus in te uoluntatem, sed nactus possessio-
 nem uoluntatis. Igitur cum solum erit in nobis uelle, in hoc probat' nostra
 in deum mens, an ea uelimus quæ cum uolūtate eius sapiant. Alte impressæ
 recogitandam esse dico dei uolūtatem, quid etiam in occulto uelit, quæ em̄
 manifesto